CONTEXTVS
Syntaxeos Io. Deſpauterij.

CVM ACCENTIBVS.

PARISIIS,

Ex Typographia Dionyſij à Prato, via Amygdalina, ad Veritatis inſigne.

1578.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

DE CONCORDANTIA & regimine, Liber octauus.

Adiectiui & Subſtantiui concordantia.

MOBILE cum fixo, genere & caſu, numeróque
Conueniat, nomen ſic vult cognomini adeſſe.

Concordantia Relatiui & Antecedentis.

Pone Relatiuum cum præcedente in eodem,
Et genere, & numero, necnon perſona in eadem,

De Relatiuo regula oratoria.

Quando relatiuo præcedens ſubdis, eodem
Ponatur caſu, quia verbo dantur eidem.
Quem ſcribo librum bonus eſt, ornatius aio,
Quàm librum quem: nam raro reperimus in vſu.

Altera de relatiuo regula oratoria.

Si referens ponas inter generum variorum
Caſus, haudque ſequens fuerit proprium, dabis vt vis.
Sin proprium fuerit, referens conforme ſit illi.

De Coniunctiuis & interrogatiuo.

Conſimiles optant caſus coniunctio, quærens,

Ayuntamiento de Madrid

Conſimileſque modos, ſi non regimen varietur.

Regula nominatiui prima.

Ante capit rectum perſona conuenientem
Et numero, verbum quod perſonale vocatur,
Necnon finitum: rectum perſæpe tacemus.
Sæpe loco illius quid pono. Ne puer vni
Pluralem dones ſermonem, non honor eſt hic:
At de me ſolo numerus dicetur vteruis.

Regula elegantiæ.

Quòd duo ſi rectos numerum verbo variorum
Præponas, verbum quadrabit proximiori.
Omnia pontus erat, dic: & domus antra fuerunt.
At veſtes ſunt lana, feras: eſt lana, caueto.

Secunda regula principalis.

Cum ſubſtante, vocans, & vim quod ſeruat eorum:
Si ſit res eadem, poſt ſe rectum retinebunt.

Eſſe infinitum.

Eſſe pares optat caſus. Sed non malè dices,
Huic licet eſſe probum: loquitur ſic Quintilianus.

Appoſitio.

Apponens coniunge pari caſu duo fixa:
Eſto res eadem, declaratúmque præito.

Euocatio.

Si ternam primæ des, totum ſit tibi primæ.
Sique ſecundæ des ternam, totum eſto ſecundæ.
Pauper ego canto. Luca vir maximus audi

Conceptionum paraſceue.

Quæ per &, aut ſocias iungo, dant rite valorem
Pluralem: ſic cum pro coniungente repoſtum.

Conceptionum regula.

Perſonam atque genus ſemper dabimus mage digno.
Prima quidem reliquis præſtat: ternæque ſecunda.
Maſculeum reliquis præſtat: neutro muliebre.

Regula indifferentiæ.

Sint res abſque anima, ponetur mobile neutrum,
Demonſtratiuum, & referens pluralia iunge.

Conceptio generum implicita.

Implicitam vocites generum Syllepſin, vterque
Eſt probus. At debent mas & femella notari.

Prolepſis.

In partes totum partitur ritè Prolepſis
Cum verbo poſitum: tacitam quandoque videbis.

Zeugma.

Vnius eſt verbi ad diuerſa reductio Zeugma,
Aut adiectiui. Nihil hîc niſi carmina deſunt,
Iratus rex eſt, regináque non ſine cauſa.

Antiptoſis.

Antiptoſis erit, pro caſu ponito caſum.

Syntheſis.

Syntheſis haud vocem, ſed cernit ſignificatum.
Rem magis inſpiciunt, quàm vocem, ſæpe poëtæ.

Aduerbia & Interiectiones.

En, ecce, hem, primum, quartúmque, aliquando requirunt.
Heu petit & quintum, velut ô: Hei væhq; datiuum.
Proh primum, quartum, quintúmque notatur habere.

Regimen nominatiui, & obiter aliorũ implicitum.

Cuiuſuis tacitam do caſus ſæpe regentem.
Supprimit orator, quæ ruſticus edit ineptè.

tamiento de Madrid

Regimen Genitiui.

Si duo continuè iungantur fixa, nec vna
Sit res, in patrio rectè caſu dabis vnum.

Ex qua vi dictio aliqua regatur.

Quærenti vires ſit pro ratione voluntas,
Aſſiduúſque vſus magnorum grammaticorum.
Temporis, atque loci, quantíque aduerbia quædam
Hunc optant caſum. dic Venimus illius ergo.

De Mei, Tui, Sui, Noſtri, Veſtri.

Poſſeſſum ſpernit patrium, quo paſſio fertur.
Filius ergo mei, ne dixeris: at meus, inque.
Quæuis proprietas, aut pars, cui mobile iungis
Laudem ſignificans, aut vituperamen, in hoc ſit,
Vex ſexto caſu: ceu vultus fœmina pulchri,
Aut, vultu pulchro. Quandóque Synecdoche habebit
Ritè locum, quarto aut ſexto: ceu candida collum,
Aut collo: miſerè doleo cor, cordéve dices.

Actiue signans.

De opus.

Poſcit opus ſextum, tollerans quandoque ſecundum.
Vt, mihi opus libro eſt. At opus dux (Tullius inquit)
Eſt nobis, vt opus, Plautus ſic vtitur, vſus.

De adiectiuis verbalibus.

Actiuè ſignans verbale dabit genitiuum
Mobile: ceu quædam, quorum vix ſcitur origo.

Quæ regunt genitiuum, vel datiuum.

Affinis, ſimilis, communis, par, propriúſque,
Finitimus, fidus, conterminus, atque ſuperſtes,
Conſcius, & ſocius, conformis, ſiue propinquus,
Et vicinus, amicus: habet iungi his alienus.

Ayuntamiento de Madrid

QVEVIS PROPRIETAS.

Nomen substantivum admittit genitivum vel ablativum significantem rei partibus aut proprietatibus adiectivo parti adiuncto quod laudem vel vituperationem exprimat, ut Ingenui vultus puer Ingenuique pudoris; Virgo forma egregia ac honesta, adolescens modesto vultu atque honesto.

QVANDOQVE SINECDOCHE.

Sinecdoche fit ex superiori regula dictionibus, immutata parum admodum constructione, si cum adiectivum laudis vel vituperii non cum nomine proprietatis aut partis sed cum subiecti nomine coniungatur tunc synecdoche locum habebit, ut si pro (vir imbecillae valetudinis) dixeris vir imbecillus valetudinem;

OBSERVATIO.

Verbum etiam substantivum eandem habet constructionem in re laudata vel vituperata, ut Caesar erat procero corpore ac elato

POSCIT OPUS.

Nomen opus, quanquam varia est eius constructio, ablativum tamen plerumque asciscit, ut maturato opus est Aenea, nunc opus verbis, ubi rerum testimonia adsunt non opus est verbis —

Nunquam genitivum regit ut in epistolis sed aliquantum nobis temporis et magni laboris ac multae impensae opus fuit —

Nunquam pro ablativo infinitivum subiicitur ut hoc fieri et oportet et opus est —

Si cum etiam facto opus dicto opus est, qui ablativi pro infinitivis verborum ponuntur, nimirum pro facere dicere —

Nunquam etiam sed raro accusativum regit, ut apud Plautum opus est nobis hanc rem — omissi pro nomine opus, usus utuntur eadem hac constructione ut usus est filio argenti minae quas sum filio ab eo sumo decem —

Aliquando veluti adiectivum indeclinabile usurpatur, ut Dux nobis et auctor opus, et opus sunt milites id est necessarii.

AFFINIS.

Adiectiva significantia commodum vel incommodum, gratum vel odiosum itemque ea quae notam similitudinem, amicitiam, vel inimiticias, aequalitatem, vicinitatem, et quae cum praepositione con ponuntur, in datum transeunt, ut contrarius mundo cursus planetarum est, multa etiam genitivis iuncta reperiuntur partium possessiva ... ut amicus Senecae; quem metuit par huius erat. Quaedam accusativo iunguntur cum praepositione, ut utilis, idoneus, aptus, inceptus ad rem militarem. Quaedam ablativum regunt, quae diversitatis adiectiva dicuntur, ut alius, alienus a ... Quaedam etiam substantiva posita genitivum regunt ut amicus veritatis, quae cum adiectiva sunt dativum recipiunt ut amicus nobis est Caesar.

PARTIVAE

Adiectiva partitionem aut ~~significantia~~ collectionem significantia, et signa universalia particularia, interrogativa numeralia, comparativa superlativa et pronomina quaedam regunt post se genitivum pluralem, ... gloriae, ut nullus hominum illorum —

Partitiva quotiens non habent cum quo intransitive construantur, a genitivo quem sequuntur contrahunt genus, ut singula sororum. Quotiens vero cum aliquo intransitive construuntur ab eo quoque genus caeterorum adiectivorum ritu sortiuntur ut singulo sororum. Mutatur partitivorum genitivus modo in ablativum cum praepositione e vel ex ut est unus e vobis alter, et alter eorum. Modo cum de ut solus de superis —

QVID SIT DICTIO PARTIVA.

Dictiones partitivae sunt, quaelibet singula ac plura significant et quisque: vel unum et pluribus ut alter. DE NOMINE MILLE.

Mille cum non solum ut caetera numeralia adjectivum sit omnis generis et pluralis numeri, sed etiam appellativum neutrius generis et numeri singularis (quod tum Macrobio authore declinabatur hoc mille, millia) duplicem merito sortitur constructionem et in transitivam ut mille homines, et transitivam ut mille hominum.

Res similis.

Comparativa nomina per regimen partitionem genitivum exigunt quoties fit comparatio inter res duas ejusdem generis, ut oculorum dexter est acutior, aurium sinistra est subtilior. Tunc aut cum comparativum nomen exprimitur per unam harum praepositionum ut inter, e, vel ex, ut aurium sinistra est subtilior, id est sinistra ex auribus vel inter aures est subtilior.

Atque supremus.

Superlativa cum partitivorum naturam aliqua ex parte imitentur. In genitivum etiam feruntur sed sunt pluralibus ut gravissima cortorum aut singularibus collectivi nominis, ut Romanorum fortissimus gentis, aut per mixtionem ut virum unum gravium totius facile doctissimum Platonem.

Im mnus.

Nomen comparativi gradus genitivum numquam exigit nisi fiat comparatio inter res duas ejusdem generis quod si secus accidat ablativum exigit, tuncque nomen comparativum explicatur per particulam, quam, ut Achilles fuit Hectore fortior id est quam Hector.

DAT PATRIUM.

Quae copiam vel contra significant modo genitivum vel ablativum recipiunt, ut dives agris, dives positis in faenore nummis. Horum exemplorum sunt haec atque haec plena, OBSERVATIO: ita adjectiva aliis casus familiaris est, quaedam enim genitivum potius, quaedam ablativum regunt. Quaedam etiam praepositionibus ablativo praemittunt ut vacuus curis, et vacuus a curis, observandum igitur diligenter quae cum quibus casibus frequentius construantur. Multa enim grammatice et secundum rationem dicuntur, quae usus latinorum et proba loquentium repudiavit. Rursus qua hic similia sunt, genitivum plerumque vel ablativum asciscunt, ut rerum loci caditur, capitis, perduellionis ut apud Ciceronem. Aliud igitur singulis cultae me rerum facies. Hic sunt generis insubres, obnoxius, infecerit, Immunis, Ingratus.

FASTIDIO.

Verbum fastidio casus duos regit, genitivum vel accusativum, ut fastidit omnes cibos praeter cotonea. Verbi huius constructio et frequenti doctorum lectione facile invenies.

DIC SATAGO.

Verbum satago genitivum sunt regimen post se exigit, misior vero genitivum vel dativum, ut misere Iuppiter. Commune antiquitus Latium et O domine antiqua quam dixerat domino commarta. Multa in hanc regulam reperias exempla sed tu prudens legendo servato.

ACCVSO.

Accusandi verba damnandi et absolvendi praeter accusativum personae etiam genitivum qui speciem facti significat aut ablativum qui generis post se regunt ut accusavit eum ambitus. Colabelam eiectum damnatum testulamen, Condemnabo ego te eodem crimine. Si hoc me insimulabit amicitiae, male audiat.

Ayuntamiento de Madrid

Hæc caſum ternum donabunt, ſiue ſecundum.
Cætera queis damnum ſignabitur, vtilitáſue,
Cum terno ponas: armis fer, & aptus ad arma.

De partitiuis.

Partitiua volunt genitiuum, vt ſigna, gradúſque,
Pronomen, numerus duplex, aduerbia quædam.
Sit conforme genus, partitio quando notatur:
Ni collectiuum, vel vox heteroclyta detur.
Rectè etiam dices: Quid agis dulciſſime rerum?

De comparatiuis & ſuperlatiuis.

Res ſimilis generis medius gradus, atque ſupremus
Poſcunt: ille duas, hic plures vſque duabus.
Sin minùs iſta aderunt, medio gradui dato ſextum.

Genitiuum vel ablatiuum regentia.

Dat patrium aut ſextum tibi copia, ſicut egeſtas,
Plenus, inops, ſaturat, cum fratribus implet, abundat,
Atque egeo, careo teſtes, quibus adijce ſanus,
Et miſer, & dignus, cum pluribus, & bene multa
Verba: velut crucio, cum pendeo, lætor, & ango,
Deſipio, abſtineo, potior: ſic ponis alóque,
Indoleo, recreo, quæ, pluráque gloſſa recludet.
Dat patrium, aut quartum faſtidio: ſed mage quartum.

Regentia genitiuum, vel datiuum.

Dic ſatago rerum: patrium, aut dantem, miſereri:
Sed mage vult patrium, dominor dat ritè datiuum:
In ſacris etiam patrium, velut auxiliari.
Grammaticæ leges plerumque eccleſia ſpreuit.
Tu viuendo bonos, ſcribendo ſequare peritos.

Ayuntamiento de Madrid

Verba genitiuum, vel ablatiuum regentia.

Accuſo, damno, moneo: contraria, laudo:
Criminis aut pœnæ vel laudis habento ſecundum,
Aut ſextum. Sed Valla dedit tantummodo ſexto,
Altero, & ambobus, neutro, vel vtro, vel vtroque.

In quo caſu poni debet pretium.

Verba volunt ſexto pretium, ponas ſine fixo
In patrio pluris, tanti, quanti, atque minoris:
Cum fixo, in ſexto. Rarò quartum valeo vult.
Vilius & melius, peius vel carius emi,
Valla negat rectè dici per nomina poſſe.

De verbis plures genitiuos regentibus.

Æſtimo, curo, puto, facio, cum conſulo, duco,
Pendo, habeo, refert, eſt, inter & eſt bene iungo.
Ante dabunt dictos patrios, cum plurimi, & æqui,
Et parui, nihili, nauci, floccique, bonique,
Magni, infiniti, maioris, maximi, & aſſis,
Et minimi, multi. Quædam bene ponito ſexto.

Quæ regunt genitiuum vel accuſatiuum.

Pauca recordandi patrium, quartúmve requirunt,
Vt memini, memoror, ſic obliuiſcor habetur.

De refert, intereſt, & eſt.

Refert, inter & eſt, eſt ſignans commoditatem,
Officiúmve, petunt quoſuis patrios, niſi ſeptem.
Refert, inter & eſt, noſtráque, meáque referto,
Cum reliquis, capiet cuia, vel cuius vtrunque.
Eſt noſtrum, veſtrúmque, meúmque, tuúmque, ſuúmque.

Genitiuum cum accuſatiuo habentia.

Pœnitet, & tædet, miſeret, pudet, & piget, optant

Ayuntamiento de Madrid

Accuſatiuum patientem cum genitiuo.

De tenus, ac obiter de aliis præpoſitionibus.

Sæpe tenus patrium numero præeunte carentem,
Aut res ſignantem geminas, vult Valla tenere.
Vult ad cum ſociis, quartum: velut abſque Latinum.
Sub, ſuper, in, ſubter, caſu iunguntur vtrique
In vario ſenſu. facilis docet omnia proſa.

Regula vltima de genitiuo, & obiter de aliis caſibus, pro aduerbiis loci, quam carentiam rectoris vocat Alexander.

Quæſtio ſi fiat per Vbi, noménque prioris
Sit numeri, & proprium, ſeu primæ, ſiue ſecundæ,
In patrio dabo, quando locum deſigno minorem.
Militiæ, belli, atque domi, ſic ponis humíque.
Addimus interdum dictis terræq́;, togæque.
Si ternæ nomen fuerit, numeriue ſecundi,
Cum ruri dabitur terno, aut ſexto: mage terno.
In ſextum caſum, ſi quando per Vnde rogaris,
Aut Qua, reſponde. Si per Quo, ponito quartum
In propriis, quibus vſque cupit Rus cum Domus addi.
Barbarus haud fies apponens præpoſituras.
Compoſitum nomen nolunt rectore carere:
Sed tamen vt ſimplex poſitum quandóque legetur.

Datiui regimen.

Fixa dabunt ternum ſubſtantiuo mediante
Verbo, quod per Habet contingit ſæpe reſolui.
Ternum pro quarto, aut ſexto, cum præpoſituris
Ponimus. it clamor cælo. mihi filia curæ eſt.
Cur tibi deſpicior? nunc omnibus itur ad aurum.

Madrid

Acquiſitiuè ſi ponas verba, datiuum
His dato. Communis fermè omnibus eſto datiuus.

Verba datiuum vt proprium caſum regentia.

Tertius eſt verbis proprius, natis fore, ſum, fit,
A que manente facit: ab, ad, & con, ſæpe: quibus do,
Occurro, faueo, ſtudeo, medeórque, & adulor,
Auxilior, famulor, noceo. Sed dat iuuo quartum.
Pareo, præſideo, pugno, cum parcere, grator,
Quæque frequenter erunt impersonalia: iunge
Contingit, reſtat, placet, euenit, accidit, & fit,
Sufficit, & conſtat, libet, & liquet, & dolet: adde
His vacat, & conducit, & expedit, & licet, atque
Conuenit, & præſtat: ſed dicito, pertinet ad me:
Attinet, & ſpectat, rectè coniungimus iſti.

Accuſatiui regimen.

Multa regunt ternum, quibus haud eſt regula certa.
Antè volunt quartum verba infinita, ſuorum
Poſt caſum. Præ nulla ſupina, gerundia nulla
Dant caſum. Dabitur rectè poſt caſus agentis,
Ni ſit in u: Pòſt nil capit hoc: vult mobile præ ſe.
Pòſt etiam ſequitur ſua participans bene verba.
Nam regimen fit idem, ſi ſignificatio par ſit.
Omne dat actiuum (tolle interdicere) quartum.
Hoc verbum ſextum pro quarto ſæpius optat.
Celo, rogo, doceo geminant, vt veſtio, quartos:
Diuerſos. dices, Veniam, bene, poſcimus abs te.
Induo veſte Petrum, dic: aut, Veſtem induo Petro.
Rem tibi, vel de re te celo, dicimus apte.
Te doceo de grammatica, tu dicito parce.

Delectat, decet, atque iuuat, da quarto, & oportet,]
Compoſitum quandoque dabit ſibi præpoſituræ
Caſum. Quocirca quartum, ſextúmque dat Exit.
Sæpe quidem docti repetunt bene præpoſituram.
Quàm poſcendo diu quartum, vel ponito ſextum
Cum quouis verbo. Secus ablatiuus adeſto.
Æquiualens geminis, harum ſi iungitur vni
Dictio, pro reliqua tantummodo debet haberi.
Quantum ſit ſpatium, quarto, vel dicito ſexto.
Aſt vbi quid factum, ſextum tantummodo prome.

Regimen ablatiui.

Natura faciens regitur ſine præpoſitura
In ſexto à verbis permultis, mobilibúſque.
Sic dabis efficiens quodcunque: modo bene poſſit
Hoc per, præ, propter reſerare. Pudore tacemus:
Te virtute colo: tardus ſenio: grauis ære:
Rex dono Chriſti: diuino numine Præſul.
Materies ex qua, raro ſine præpoſitura
Ponitur: vt, Fuluo nummos cudit faber auro.
Materiam circa quam proprietas habet eſſe.
Mobile cum verbo, ſexto capit: auctus honore,
Lactéque diſtentus. ſic adiectiua dabuntur
Prima, cum verbis fungor, veſcor, fruor, vtor,
Victito, fraudo, beo, dono, afficio, colo, ſterno,
Quæ multis iunges, quæ proſa recludet abunde.
Forma modúſve datur per caſum ritè Latinum.
Mobile, vel verbum, menſuram dat ſibi quarto,
Vel ſexto: Longus treis vlnas, vel tribus vlnis.
Menſuram exceſſus verbum, vel mobile ſexto

Compositum

Quam poscendo

Secus ablatiuus

Æquiualens

Optat, vt excedo digito, pede longior vno.
Paſſiuis ſextum dabimus cum præpoſitura
A, vel ab. Accipiens ſic do, Diſtans, Remouénſque.
Sic alius ponas, & quæ conformia noris.
Inſtrumenta dabis ſextis ſine præpoſitura.
Abſque regente duos ſextos bene pone ſequelæ:
Diſcunt diſcipuli me præceptore docente.

Absque regete.
Ablatiui duo consequentiam designantes ponuntur absolute quorum alter sit participium est et alter nomen, ut Cicerone consule Roma a coniuratione liberata est. Soluitur autem ille ablatiuus sive per particulas tempus significantes ut sunt quando, quoad, cum, donec. Quidam inueniuntur et ablatiui vbi absolute positus ut apud Horatium recepto, quod non [illegible], et apud Ciceronem audito regem in Siciliam [illegible], in quibus intelligitur [illegible] pro [illegible]. Est autem designare consequentiam, itaque oratio ne ponitur ut nihil [illegible] aut integrum intelligatur sed ad perfectionem sententiam, amplius aliquid expectetur. Vocatur autem ablatiuus absolutus quod a nullo verbo regatur sed per se orationi [illegible] partem constituat.

DE ORDINE DECLARATIONIS Grammaticæ, & de Syntaxi reciprocorum.

LIBER IX.

OPtandi debent aduerbia, ſiue vocandi,
Sumere principium: velut interiectio ſæpe,
Ecce, age, & heus. poſt hæc caſum decet addere quintum.
Hinc rectum ſequitur verbum. Tibi ſit generalis
Regula, Quæ à tergo regitur, vult dictio cuncta
Poſtponi. Si quid declarat, iuris idem ſit.
Siquid ſit tacitè poſitum, ſupplere iubebo.

Exceptiones à præmiſsis regulis.

Quod rogat atque refert, & habet quod vim referentis,
(Vt quod verba petit ſemper duo, dum, quia, donec)
Atque negans præit: ob logicam mutabitur ordo.
Præcedens ſemper præponitur & referenti.

FINIS.

Ayuntam

NATURA FACIENS. FORMA modusue Instrumenta.

Omne verborum genus aut adjectivum nomen post se regit ablativum significantem causam instrumentum vel actionis modum, aut similem aliquam circumstantiam ut (de causa) oderunt peccare boni virtutis amore, et oderunt peccare mali formidine poenae.

De Instrumento

obsequio redimitur amor, illum gladio jugulavit. De modo Res magna dexteritate acta est, summa eloquentia causam egit.

Observationes.

Afficior, prosequor, conflictor, laboro, [illegible] et his similia, praesertim ubi ejusmodi significatio aliqua, id est, regunt etiam ablativum, ut afficior magna voluptate, honore, gaudio. Prosequuntur me summa benevolentia, conflictantur gravi pestilentia, laborat pedibus vel ex pedibus, [illegible] rem [illegible] solicitudine.
Aliquando in his omnibus additur praepositio. Causae ablativi resolvuntur per unam harum praepositionum per, prae, propter ut oderunt peccare boni virtutis amore, id est, propter amorem.

MATERIES EX QUA RARO

Materia ex qua res conficitur in ablativo fere ponitur accedente praepositione, ut opus ex marmore factum e ferro fabricatum est. Exemplum sine praepositione (viminibus mollique paras detexere junco / virgilius.)

MATERIAM CIRCA QUAM

Plurima verba vel adjectiva regunt post se nomen materiae circa quam proprietas versatur in ablativo casu, ut vivere parvo, onerare praeceptis aliquem, donare civitate. Ex omnibus haec verba utor, fruor, fungor, defungor, vescor, potior, abutor, fretus, dignor, ablativum etiam regunt. ut utor pane, fruor divitiis, Troiana fretus Citara, haud equidem tali me dignor honore.

De verbo potior.

Verbum potior tribus casibus junctum reperitur, accusativo, ablativo, et genitivo ut potiri oppidum id est capere, potitur gaudio id est fruitur. Praesertim potiri genitivum consciscere atque imperare significat ut potiri rerum regni, civitatis, ut in epistolis ad atticum. Pompei omne consilium Themistocleum est, existimat enim qui mare teneat eum necesse esse rerum potiri. Ex his haec utor et fungor, quemadmodum et potior cum accusativo quoque posita reperiuntur ut in prologis scribendis operam abutitur, neque boni neque liberalis functus est officium viri, (Terentius)

MOBILE VEL VERBUM

Omne verbum vel adjectivum quibus dimensio significatur mensuram rei tam recipiunt in accusativo vel ablativo casu, de ea dictum est superius in adjectivorum regiminibus, verba quae vim comparationis habent ablativum [illegible] qui modum seu mensuram superandi significat ut dignitate praestat caeteris et auctoritate, de qua etiam superius dictum.

PASSIVI SEXTUM.

Omne verbum passivum cuiuscumque sit generis regit post se ablativum cum praepositione a vel ab, ut laudatur ab his, culpatur ab illis, magni fit ab eruditis, praestat ab hostibus spoliari quam ab hostibus vinci. Aliquando ablativus quibusdam verbis additur ubi praepositionis ut [illegible] patria.
fit autem hic passivorum verborum ablativus ex nominativo activi, quemadmodum rursum accusativus qui proprius activorum est in nominativum vertitur. ut ego legi virgilium, virgilius legitur a me.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntam

ACCENTVS.

ACCENTVS acutus afficit vltimam ſyllabam, penultimam, aut antepenultimam: Circunflexus vltimam, aut penultimam: Grauis vltimã tantùm. Dictionibus autem quæ ſic vel ſic notantur, huiuſmodi tribuerunt vocabula: Accentuum ſedes.

θεός Deus ὀξύτονον, acutum in vltima.
λόγος ſermo παροξύτονον, acutum in penultima.
τύπτομεν verberamus προπαροξύτονον, acutum in antepenult.
ποιῶ facio περισπώμενον, circunflexum in vltima.
βοᾶτε clamatis προπερισπώμενον, circũflexorũ in penult.
τιμὴ honor. βαρύτονον, graue in vltima.

Grauis in omni ſyllaba intelligitur, quæ nec acuitur, nec circunflectitur: at ſignatur ſolùm in vltima. Nam vltima acuta, fit grauis ob conſequentiam dictionis, θεὸς ἡμῶν. *Deus noſter*. Excipe τίς interrogatiuum: τίς ἐποίησε; *quis fecit?*

Caſuum & perſonarum accentus fermè manet in eadem ſyllaba, ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ: τύπτω, τύπτεις, τύπτει. Caſuum & perſonarum accentus.

Quando autem mutetur accentus, aut è loco migret, ſic eſt accipiendum:

Σῶμα, σώματος, ῶ in ώ, quia antepenultima non circunflectitur.

Σώματα, σωμάτων. vltima ſi fuerit longa, non acuitur antepenultima. Excipe Attica, μενέλεως *Menelaus*, λέξεως, *dictionis*, & ſimilia.

Βοάετε, βοᾶτε, άε in ᾶ ex acuto & graui fit circunflexus. Excipe τὴν Λητόα Λητὼ *Latonam*, & τὼ νόω νὼ à νόος *mens*, & νῶϊ νῷ ab ἐγὼ: dualia in ω ſemper acuuntur, etiam contracta.

Ερωὸς, ἐρῶς, nõ ἐρῶς ex graui & acuto nõ fit circũflexus.

Ερὼς, ἐρῶτος. longa ante finalem breuem circunflectitur.

Ερῶτες, ἐρώτων. longa ante finalem longam acuitur.

Ηρακλῆς Ηρακλέος. breuis non eſt capax circunflexi, nec tem longa poſitione, ſed natura: σῶμα *corpus*, τεῖχος *mu-*

νυς, βοᾶτε clamatis, βοᾷ clamat.

αι & οι finales. Diphthongi finales αι & οι in accentibus habentur breues, *μοῦσαι Muſæ, ἄνθρωποι homines.* Excipe aduerbia, *οἴκοι domi* (nam οἶκοι nomen plurale eſt) & optatiuos, *ποιήσαι, feciſſet:* at *ποιῆσαι*, Infinitiuus Aoriſti primi actiui: *ποίησαι* autem imperatiuus Aoriſti primi medij).

Genitiui & datiui vltima. In declinationibus pariſyllabicis circunflectuntur genitiui & datiui, licet reliqui caſus acuantur: ὁ ποιητὴς· τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ, τοῖν ποιηταῖν, τῶν ποιητῶν, τοῖς ποιηταῖς. Idem iudicium de genitiuo diſyllabo duali & plurali quintæ declinationis, ἡ χείρ, τῆς χειρός, ταῖν χεροῖν, τῶν χειρῶν, *manus.*

Subſtantiuorum primæ & ſecundæ declinationis genitiuus pluralis circunflectit vltimam, ὁ Αἰνείας, τῶν Αἰνειῶν non Αἰνείων: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν, non μούσων.

Adiectiua verò ſecundæ declinationis à maſculinis tertiæ genitiuum habent parem maſculino, ὁ ἅγιος *ſanctus*, τῶν ἁγίων, ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων. quòd ſi maſculinum ſit quintæ, vltima genitiui fœminini circunflectetur, ὁ ἡδὺς *ſuauis*, μέλας *niger*, τύπτων *verberans*: τῶν ἡδέων, μελάνων, τυπτόντων: ἡ ἡδεῖα, μέλαινα, τύπτουσα: τῶν ἡδειῶν, μελαινῶν, τυπτουσῶν: in quibus etiam non eadem eſt penultima genitiui in vtroque genere.

Quintæ declinationis genitiui & datiui diſyllabi accentum ſortiuntur in vltima: nominatiui autem, accuſatiui & vocatiui in priore. ἡ χείρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα: τὼ χεῖρε, ταῖν χεροῖν: αἱ καὶ ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας. Excipe participia: θείς, θέντος, θέντι *ponens*: ὤν, ὄντος, ὄντι, *exiſtens*, &c. etiam τῶν παίδων *puerorum*, τῶν τρώων, *Troianorum*, τῶν πάντων, & τοῖς πᾶσι *omnium, omnibus.*

ευ & ου finales. Circūflectuntur ευ & ου finales, ὁ βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ *rex.* πανταχοῦ *vbique.* præter aduerbiū ἰδοὺ, ecce: at ἰδοῦ imperatiuus, vt τύπτου.

Vocatiuus in ες à propriis in ης eſt προπαροξύτονον, ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες: ὁ Ἡρακλῆς, έος, ὦ Ἡράκλεες, craſi Ἡράκλεις *Hercules.*

Irregularia ſunt, ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν *vna*, ὁ δεσπότης, *dominus*, μητιέτης *conſiliarius*, ὦ δέσποτα, μητίετα. Etiam

ACCENTVS.

ACCENTVS acutus afficit vltimam ſyllabam, penultimam, aut antepenultimam: Circunflexus vltimam, aut penultimam: Grauis vltimã tantùm. Dictionibus autem quæ ſic vel ſic notantur, huiuſmodi tribuerunt vocabula: *Accentuum ſedes.*

θεός *Deus*	ὀξύτονον,	acutum in vltima.
λόγος *ſermo*	παροξύτονον,	acutum in penultima.
τύπτομεν *verberamus*	προπαροξύτονον,	acutum in antepenult.
ποιῶ *facio*	περισπώμενον,	circunflexum in vltima.
βοᾶτε *clamatis*	προπερισπώμενον,	circũflexorũ in penult.
τιμὴ *honor.*	βαρύτονον,	graue in vltima.

Grauis in omni ſyllaba intelligitur, quæ nec acuitur, nec circunflectitur: at ſignatur ſolùm in vltima. Nam vltima acuta, fit grauis ob conſequentiam dictionis, θεὸς ἡμῶν. *Deus noſter.* Excipe τίς interrogatiuum: τίς ἐποίησε; *quis fecit?*

Caſuum & perſonarum accentus fermè manet in eadem ſyllaba, ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ: τύπτω, τύπτεις, τύπτει. *Caſuum & perſonarum accentus.*

Quando autem mutetur accentus, aut è loco migret, ſic eſt accipiendum:

Σῶμα, σώματος, ῶ in ώ, quia antepenultima non circunflectitur.

Σώματα, σωμάτων. vltima ſi fuerit longa, non acuitur antepenultima. Excipe Attica, μενέλεως *Menelaus*, λέξεως, *dictionis*, & ſimilia.

Βοάετε, βοᾶτε, άε in ᾶ ex acuto & graui fit circunflexus. Excipe τὴν Λητόα Λητὼ *Latonam*, & τὼ νόω νὼ à νόος *mens*, & νῶϊ νῷ ab ἐγὼ: dualia in ω ſemper acuuntur, etiam contracta.

Ερωὸς, ἐρῶς, nõ ἐρῶς ex graui & acuto nõ fit circũflexus.

Ερὼς, ἐρῶτος. longa ante finalem breuem circunflectitur.

Ερῶτες, ἐρώτων. longa ante finalem longam acuitur.

Ηρακλῆς Ηρακλέος. breuis non eſt capax circunflexi, nec tem longa poſitione, ſed natura: σῶμα *corpus*, τεῖχος *mu-*

vus, βοᾶτε *clamatis*, βοᾷ *clamat.*

αι & οι finales.

Diphthongi finales αι & οι in accentibus habentur breues, μοῦσαι *Muſæ*, ἄνθρωποι *homines.* Excipe aduerbia, οἴκοι *domi* (nam οἶκοι nomen plurale eſt) & optatiuos, ποιήσαι, *feciſſet*: at ποιῆσαι, Infinitiuus Aoriſti primi actiui: ποίησαι autem imperatiuus Aoriſti primi medij.

Genitiui & datiui vltima.

In declinationibus pariſyllabicis circunflectuntur genitiui & datiui, licet reliqui caſus acuantur: ὁ ποιητὴς. τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ, τοῖν ποιηταῖν, τῶν ποιητῶν, τοῖς ποιηταῖς. Idem iudicium de genitiuo diſyllabo duali & plurali quintæ declinationis, ἡ χείρ, τῆς χειρός, ταῖν χεροῖν, τῶν χειρῶν, *manus.*

Subſtantiuorum primæ & ſecundæ declinationis genitiuus pluralis circunflectit vltimam, ὁ Αἰνείας, τῶν Αἰνειῶν, non Αἰνείων: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν, non μούσων.

Adiectiua verò ſecundæ declinationis à maſculinis tertiæ genitiuum habent parem maſculino, ὁ ἅγιος *ſanctus*, τῶν ἁγίων, ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων. quòd ſi maſculinum ſit quintæ, vltima genitiui fœminini circunflectetur, ὁ ἡδὺς *ſuauis*, μέλας *niger*, τύπτων *verberans*: τῶν ἡδέων, μελάνων, τυπτόντων: ἡ ἡδεῖα, μέλαινα, τύπτουσα: τῶν ἡδειῶν, μελαινῶν, τυπτουσῶν: in quibus etiam non eadem eſt penultima genitiui in vtroque genere.

Quintæ declinationis genitiui & datiui diſyllabi accentum ſortiuntur in vltima: nominatiui autem, accuſatiui & vocatiui in priore. ἡ χείρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα: τὼ χεῖρε, ταῖν χεροῖν: αἱ καὶ ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας. Excipe participia: θείς, θέντος, θέντι *ponens*: ὤν, ὄντος, ὄντι, *exiſtens*, &c. etiam τῶν παίδων *puerorum*, τῶν τρώων, *Troianorum*, τῶν πάντων, & τοῖς πᾶσι *omnium*, *omnibus.*

ευ & ου finales.

Circũflectuntur ευ & ου finales, ὁ βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ *rex.* πανταχοῦ *vbique.* præter aduerbiũ ἰδοὺ, ecce: at ἰδοῦ imperatiuus, vt τυπτοῦ.

Vocatiuus in ες à propriis in ης eſt προπαροξύτονον, ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες: ὁ Ηρακλῆς, έος, ὦ Ηράκλεες, craſi Ηράκλεις *Hercules.*

Irregularia ſunt, ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν *vna*, ὁ δεσπότης, *dominus*, μητιέτης *conſiliarius*, ὦ δέσποτα, μητίετα. Etiam

ἡ μήτηρ *mater*, θυγάτηρ *filia*, τῆς μητέρος, θυγατέρος, non μήτερος, θυγάτερος.

Particulæ α, ευ, δυς crebrò accentum retrahũt, παιδευτὸς, *doctus*, ἀπαίδευτος *indoctus*: τακτὸς *ordinatus*, εὔτακτος: κινητὸς, *mobilis*, δυσκίνητος. ſic ἑκὼν *volũtarius*, ἀέκων *inuitus*, & craſi ἄκων: λόγος, ἄλογος, εὔλογος, &c.

Verborum & participiorum accentus obſeruandi ſunt in coniugatione verborum τύπτω, ποιέω & τίθημι. Verborum & participiorum accentus.

Præterita & Aoriſti priore longa ſeruant accentum in compoſitis, εἶχον *habebam*, κατεῖχον *continebam*, εἶκα *miſi*, ἀφεῖκα *dimiſi*, εἶμαι *miſſus ſum*, ἀφεῖμαι *dimiſſus ſum*, ἧκα *miſi*, συνῆκα *intellexi*, præter οἶδα *noui*, σύνοιδα *conſcius ſum*, non συνοῖδα.

Monoſyllaba longa, relicta poſt apocopem, acuuntur, δεῖμι, δεή: poſt aphæreſin autem circũflectuntur, ἔφην ἔφης ἔφη, φῶ φῆς φῆ, & ὦ ἧς ἧ. At breuia ſunt acuta ἔβαν βάν.

Quædã omnino carent accẽtu, ὁ, ἡ, εἰς, ὡς, ἐκ, ἐξ, ἐν, εἰ, ὡ, οὐκ.

Interdum præter accentum natiuum, qui vnus eſt tantũ in vna dictione, aſciſcitur alter propter dictiones encliticas, quæ proprium accentum remittunt ad præcedentem ſyllabam. Sunt autem enclitica τὶς τινὸς, infinita του τῳ pro τινὸς τινί. εἰμὶ & φημὶ toto præſente: μου μοι με, σου σοι σε. aduerbia infinitè capta, ποθὲν ποθὶ ποτὲ, πως, πο, πη, που, τὲ, γε: vt εἴ τις *ſiquis*, εἴ τινα *ſiquem*, εἰπέ μοι *dic mihi*, σῶμά σου *corpus tuum*, ἤκουσέ μου *audiuit ex me*. Encliticæ dictiones.

Perſona ἐστὶ principium orationis, aut ſubdita poſt οὐκ, καὶ, ἀλλὰ, ὡς, εἰ, τοῦτο, remittit accentum in priorem ſyllabã: ἔστι πόλις, *eſt ciuitas*, καὶ ἔστιν, ἀλλ᾽ ἔστι. ὡς ἔστιν, εἰ ἔστι, τοῦτ᾽ ἔστιν: alio qui in præcedẽtem dictionem, καλός ἐστιν *pulcher eſt*, ἄνθρωπός ἐστι *homo ſt*, σῶμά ἐστιν *corpus eſt*. Et de accentu quidem hactenus: reliquũ eſt vt de cõſtructione, quatenus eſt opus, agamus.

RATIO SYNTAXEOS.

De Græcorum conſtructione tantùm præcipiẽda ſunt ea, in quibus nobiſcũ non conſentiunt.

Neutrum plurale verbo gaudet ſingulari, ζῶα τρέχει pro τρέχουσι, *animalia currunt*.

Genitiuum multis adhibent, quibus nos ablatiuum: ſiquidem vterque caſus ponitur abſolutè. Latini *me præſen-* Genitiui cõſtructio.

te, Græci *μοῦ παρόντος*. Quandoque participium ſolum *ἐλθόντων δὲ*, *vbi autem veniſſent*, intelligendo caſum rei conuenientis. Atticè pro hoc genitiuo aliquãdo eſt accuſatiuus, & fermè cum *ὡς* & *ὥσπερ*: *ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσοντα*, pro *τοῦ ἀνδρὸς ποιήσοντος*, *viro iſtud facturo*: eſtque iſtud receptiſſimum in participiis imperſonalium, *δέον cùm deceat*, *δεῆσον cùm oportuerit*, *ἐξὸν cùm ſit permiſſum*, *ἐνὸν cùm liceat*, *προσῆκον cùm deceat*, *παρὸν cùm adſit facultas*, *ἐνδεχόμενον cùm fieri poßit*, *ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι*, *cùm ipſi permiſſum eſſet facere*: *ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον*, *tanquam nihil eius interſit*: *δόξαν ἐμοὶ γράψαι*, *vbi mihi ſtatutum eſſet ſcribere*: *ἄδηλον ὄν*, *cùm ſit incertum*, &c.

Atticiſmus.

Comparat. & Superlat. cõſtructio.

Genitiuum poſtulant comparatiua & ſuperlatiua, *σοφίας δικαιότερος*, *βέλτιστος ἁπάντων*, *optimus omnium*.

Verba affectuum.

Verba quæ animi affectionem ſignificant, *ἐρῶ*, *amo*, *ἐπιθυμῶ deſidero*, & ſimilia.

Verba ſentiendi, curandi, participandi, priuandi, aſſequendi, fruſtrandi, dominandi, diſsidendi, copiæ & inopiæ: quorum exemplis ſuperſedendum duximus, monuiſſe tantùm contenti.

Ad hæc verbalia per *α* priuatiuuum facta, *ἀθέατος ἀληθείας*, *qui non ſpectauit veritatem*.

Verbalia in *κος*.

Verba in *κὸς*, *πορισικὸς τῶν ἐπιτηδείων ſupeditator idoneorum*.

Et adiectiua plurima, *ἄξιος*, *ἀνάξιος*, *ἄπειρος dignus*, *indignus*, *inexpertus*. & alioqui quoduis adiectiuum partitiuè poſitum, *οἱ γνήσιοι τῶν φίλων*, *qui inter amicos ingenui ſunt*, quale illud Plinianum, Ouorum oblonga.

Præterea verbum ſubſtantiuum *εἰμὶ* & *γίγνομαι*: *τούτων ἐστὶν ὁ Πλάτων*, *horum, aut de numero horum eſt Plato*. quod verbum quandoque omittitur, vt *οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγώ*, *neque ego ſum de numero nocentium*.

Verbi ſubſtantiui cõſtructio.

Partitionis genitiuus in caſum partium mutatus.

Partitionis genitiuum mutant in caſum partium, *οἱ ἄνθρωποι οἱ μὲν ἀγαθοί, οἱ δὲ πονηροί*: pro, *τῶν ἀνθρώπων*. *hominum alij pobi, alij improbi*. ſic *τοὺς φίλους, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ πένητας ἀπέδειξε*, pro *τῶν φίλων*, *amicorum alios quidem interfecit, alios verò pauperes reddidit*, & ita per omnes caſus.

Crebrò etiam genitiuus *ἐλλειπτικῶς* ponitur, deficiente *ἕνεκα*, *εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης*, hoc eſt *ἕνεκα τῆς τύχης*, *ob fœlici-*

ἡ μήτηρ *mater*, θυγάτηρ *filia*, τῆς μητέρος, θυγατέρος, non μήτερος, θυγάτερος.

Particulæ α, ευ, δυς crebrò accentum retrahũt, παιδευτὸς, *doctus*, ἀπαίδευτος *indoctus*: τακτὸς *ordinatus*, εὔτακτος: κινητὸς *mobilis*, δυσκίνητος. ſic ἑκὼν *volũtarius*, ἀέκων *inuitus*, & craſi ἄκων: λόγος, ἄλογος, εὔλογος, &c.

Verborum & participiorum accentus obſeruandi ſunt in coniugatione verborum τύπτω, ποιέω & τίθημι. Verborum & participiorum accentus.

Præterita & aoriſti priore longa ſeruant accentum in compoſitis, εἶχον *habebam*, κατεῖχον *continebam*, εἶκα *miſi*, ἀφεῖκα *dimiſi*, εἶμαι *miſſus ſum*, ἀφεῖμαι *dimiſſus ſum*, ἧκα *miſi*, συνῆκα *intellexi*, præter οἶδα *noui*, σύνοιδα *conſcius ſum*, non συνοῖδα.

Monoſyllaba longa, relicta poſt apocopem, acuuntur, δῶμα, δῶ: poſt aphæreſin autem circũflectuntur, ἔφλω ἔφης ἔφη, φλῶ φῆς φῆ, & ἵω ἧς ἧ. At breuia ſunt acuta ἔβαν βάν.

Quædã omnino carent accẽtu, ὁ, ἡ, εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ἐν, εἰ, ὡ, οὐκ.

Interdum præter accentum natiuum, qui vnus eſt tantũ in vna dictione, aſciſcitur alter propter dictiones encliticas, quæ proprium accentum remittunt ad præcedentem ſyllabam. Sunt autem enclitica τὶς τινὸς, infinita τὸ τῷ pro τινὸς τινί. εἰμὶ & φημὶ toto præſente: μου μοι με, σου σοι σε. aduerbia infinitè capta, ποθὲν ποθὶ ποτὲ, πῶς, πὸ, πῆ, ποῦ, τὲ, γὲ: vt εἴπερ *ſiquis*, εἴτινα *ſiquem*, εἰπέ μοι *dic mihi*, σῶμά σου *corpus tuum*, ἤκουσέ μου *audiuit ex me*. Encliticæ dictiones.

Perſona ἐστὶ principium orationis, aut ſubdita poſt οὐκ, καὶ, ἀλλὰ, ὡς, εἰ, τοῦτο, remittit accentum in priorem ſyllabã: ἔστι πόλις, *eſt ciuitas*, καὶ ἔστιν, ἀλλ' ἔστι. ὡς, ἔστιν, εἰ, ἔστι, τοῦτ' ἔστιν: alio qui in præcedẽtem dictionem, καλός ἐστιν *pulcher eſt*, ἄνθρωπός ἐστι *homo ſt*, σῶμά ἐστιν *corpus eſt*. Et de accentu quidem hactenus: reliquũ eſt vt de cõſtructione, quatenus eſt opus, agamus.

RATIO SYNTAXEOS.

De Græcorum conſtructione tantùm præcipiẽda ſunt ea, in quibus nobiſcũ non conſentiunt.

Neutrum plurale verbo gaudet ſingulari, ζῶα τρέχει pro τρέχουσι, *animalia currunt*.

Genitiuum multis adhibent, quibus nos ablatiuum: ſiquidem vterque caſus ponitur abſolutè. Latini *me præſen-* Genitiui cõſtructio.

te, Græci μου παρόντος. Quandoque participium ſolum ἐλθόντων δὲ, *vbi autem veniſſent*, intelligendo caſum rei conuenientis. Atticè pro hoc genitiuo aliquãdo eſt accuſatiuus, & fermè cum ὡς & ὥσπερ: ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσοντα, pro τοῦ ἀνδρὸς ποιήσοντος, *viro ſtud facturo*: eſtque iſtud receptiſſimum in participiis imperſonalium, δέον *cùm deceat*, δεῆσον *cùm oportuerit*, ἐξὸν *cùm ſit permiſſum*, ἐνὸν *cùm liceat*, προσῆκον *cùm deceat*, παρὸν *cùm adſit facultas*, ἐνδεχόμενον *cùm fieri poſsit*, ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, *cùm ipſi permiſſum eſſet facere*: ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, *tanquam nihil eius interſit*: δόξαν ἐμοὶ γράψαι, *vbi mihi ſtatutum eſſet ſcribere*: ἄδηλον ὄν, *cùm ſit incertum*, &c.

Atticiſmus.

Comparat. & Superlat. cõſtructio.

Genitiuum poſtulant comparatiua & ſuperlatiua, σταχάνης δικαιότερος, βέλτιστος ἁπάντων, *optimus omnium*.

Verba affectuum.

Verba quæ animi affectionem ſignificant, ἐρῶ, *amo*, ἐπιθυμῶ *deſidero*, & ſimilia.

Verba ſentiendi, curandi, participandi, priuandi, aſſequendi, fruſtrandi, dominandi, diſsidendi, copiæ & inopiæ: quorum exemplis ſuperſedendum duximus, monuiſſe tantùm contenti.

*

Ad hæc verbalia per α priuatiuuum facta, ἀθέατος ἀληθείας, *qui non ſpectauit veritatem*.

Verbalia in κος.

Verba in κὸς, πορισικὸς τῶν ἐπιτηδείων *ſupeditator idoneorum*.

Et adiectiua plurima, ἄξιος, ἀνάξιος, ἄπειρος *dignus, indignus, inexpertus*. & alioqui quoduis adiectiuum partitiuè poſitum, οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, *qui inter amicos ingenui ſunt*, quale illud Plinianum, Ouorum oblonga.

Verbi ſubſtantiui cõſtructio.

Præterea verbum ſubſtantiuum εἰμὶ & γίγνομαι: τούτων ἐστὶν ὁ Πλάτων, *horum, aut de numero horum eſt Plato*. quod verbum quandoque omittitur, vt οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγώ. *neque ego ſum de numero nocentium*.

Partitionis genitiuus in caſum partium mutatus.

Partitionis genitiuum mutant in caſum partium, οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἀγαθοί, οἱ δὲ πονηροί: pro, τῶν ἀνθρώπων. *hominum alij probi, alij improbi*. ſic τοὺς φίλους, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ πένητας ἀπέδειξε, pro τῶν φίλων, *amicorum alios quidem interfecit, alios verò pauperes reddidit*, & ita per omnes caſus.

Crebrò etiam genitiuus ἐλλειπτικῶς ponitur, deficiente ἕνεκα, εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, hoc eſt ἕνεκα τῆς τύχης, *ob fœlici-*

Ayuntamiento de Madrid